Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Anno Dni 1624. festo S. Mathæi
Apli ordinatus fuit Salisburgi à Rmo
Dno Comite à Liechtenstain
Episcopo Chiemense.
Joannes Burckardus, præsbyter. Celebravit primitias in Monasterio 17 die obrii, quo et professus fuit Joannes Schnirlin.

Anno Dni 1625 in Angaria
Pentecostes Brixinæ Ordinati sunt
à Rmo D. Antonio Crosino Suffraganeo
Mathias Frelich Diaconus.
Joannes schnirle Acolythus. missus fuit Brixinam pro 4 minoribq, qa nondum erat confirmatus.

Anno Dni 1626 in Angaria
Pentecostes Oeniponti in parochiali
Ecclia ordinati st à Rmo D. An-
tonio Crosino Suffraganeo
Wilhelmus Cöttl præsbyter. celebravit primitias apud S. Joannem in festo ipsius.
Joanes Schnirle Subdiaconus.

Anno 1627 ab eodm Brixina
st ordinati 18. Decembris.
Mathias Frelich præsbyter. celebravit primitias apud S. Joannem 16 Jan. 1628.
Joanes Schnirle diaconus.
Bernardus Gemmelich & Georgius Frelich Subdiaconi.

Obitus fratrum

Anno 1615. 3 nonas Decembris.
Lucas Bötsch. fuit bonus Musicus & S. Cantor. obiit pie in Mai, ubi Cogator fuit p annum & 3 menses.

Anno 1616. 5 Idus Junii.
Casparus Schäffler. fuit bong musicus & organista. obiit quoqs in Mai Cogator p medium annum.

Anno 1618. 5 Augusti.
Paulus Löderer præsbyter.

Anno 1619. 22 februarii.
Georgius Lengerlacher p̄sbyter ac Senior.

Anno 1622. 2 Julii.
Casparus Sphofer præsbyter.

A° 1623.
Joannes Ziegler. obiit in Austria.

Eodem anno 27 Octob.
Christophorus Wolf præsbyter. fuit Vicarig ad S. Petrum 27 annos, tandem ad Monium remeatg, in quo pie obiit.

A° 1624. 15 Feb.
Wolffgangus Friesnegger. præsbyter & Granarius.

A° 1628. 2 Januarii die in
Acolythos ordinati sunt à R. D. Thoma
Abbate.
Christianus Praxmärer.
Robertus Stifter.

A° 1629 in Angaria S. Mathæi Brixinæ
ordinati sunt à Rmo D. Antonio Crosino
Joanes Schnirl præsbyter. celebravit primitias in festo S. Catharinæ in Monrio.
Bernardus Gemmelich diaconus.
Georgius Frelich diaconus.
Christianq Praxmärer Subdiaconq.
Robertus Stifter Subdiaconus.

Anno 1630. eodm tpe Brixinæ
Robertus Stifter ordinatq e in diaconum, ab eodm Suffraganeo.

Eodem anno 7 Novembris pie obiit
Balthasarus Prandthofer p̄sbyter, & bibliopega.

Anno 1625. 24 Martii.
Wilhelmus Plaet. præsbyter, & Granarius constitutus, sed vix mensem functus officio, ager factus p integrum pene annum decubuit miser & paralyticus.

Anno 1626. 10 Januarii.
Thomas Krötz præsbyter. Apostatavit A° 1624. & Romæ rediens factus e Cappellanus in Aux Tridentina, biscaris, ibiq, p coqum parochi duplici glande ferro combinata, ibiq, p coqum parochi duplici glande ferro combinata miser traiectq e, & post certamen 7 horarum Vita functq. Pariat ei deus, & requiescat in pace. Dedit signa contritionis, & absolutq fuit à Capucino.

Anno 1629. die decimo Martii.
Martinus Leis. præsbyter, & bonus Organista.
Georgius Frelich diaconq obiit in carcere ultimo die Februarii, A° 1630. clam sepultq in cœmiterio Fratru.

Anno 1635. 16 May.
Obiit Rmus D. Abbas Thomas, ætatis suæ 64 annorum. Requiescat in sancta pace, Amen.